

78 N 13 [11-12]

9

X 23A634X

1. Sodales quibusdam  
2. Unde quisque  
3. Quicquid est secundum medicos certe  
4. Tertius certe  
5. Hunc mecum portas inservias Tu  
6. Ceteris  
7. Vero etiam  
8. Viro  
9. Nobilissimo atque doctissimo

**JO. SIGISMUNDO  
HEINSIO,**

SORAV. LUS.

PHILOS. ET S. TH. STUD.

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB INCLUTO SAPIENTUM ORDINE

IN ACAD. LIPS.

D. XVI. KAL. MARTII A. 1630.

SOLEMNI RITU COLLATOS

GRATULANTUR

**PATRONI, PRÆCEPTORES,  
FAUTORES.**

LIPSIÆ,  
TYPIS IMMANVELIS TITIL.

D. CHRISTIANI HEDERICI BECKERI

ET ILLI

LIBERETE DILECTIONIBUS  
CIVIBUS, SCIENTIIS  
SIC DECIMIS PLENARIIS ANNUIS  
MONTIBUS PRO JUVENTUTE BENEFACTUS



Kapitel 78 N 13 [11]

Ak

**T** Sophiæ studiis animum tem-  
pusque dicabas,  
Codicis & sacri me duce cul-  
tor eras.  
Hinc merita Musæ lauro Tua  
tempora cingunt:  
Hinc Tibi virtutis grator, Amice, decus:  
Hinc quoque mercedem Sapientia diva la-  
borum  
Constituet: largam quam Deus esse velit!

*Auditori suo estimatissimo honores in Philosophia  
supremos gratulatus scripsi*

**D. Johannes Schmidius, P. P.**  
Consistorii Elect. & Ducalis Affectior, atque Collegii  
B. M. V. Praepositus.

**O**ún ἀπονοσήσει τηλῆς ἀτερ ἐννοοῦσαί σύνης,  
"Οξ θάμ' εἶ Ευσεβίνης, εἶ Σοφίης τε μόλει.  
Αἰδε γαρ εἰσαιει Φιλεῖστοι Φιλεῖτας εἰ πέρεις  
Αντίδοσιν Φιλίας καὶ ηλέτου ἐνεργού δόσαν.  
Σοι, Φιλε, νῦν πρότα φοι δεινούσι τὸ λεχθὲν ἀληθές,  
"Οξ τε φανωσάμενος καὶ μέγα ηλέτος ἔχεις.

*Eὐφημίας χαρέσιν,*

**D. Christian. Frideric. Boerner,**  
S. T. P.

**I** propera, quorsumque Tuum de ducere nomen  
Cernis, & erecto porro sequare pede.  
Sic decuit tentare viam, sic sumere vires,  
Nominis hæc laus est omnia velle sequi.

Sic fortuna Tui tibi porro nominis adsit.  
Sic cupio nomen Te tenuisse Tuum.

Nobil. Dn. Heinso famam Cl. Heinisorum  
apprecatur

D. Jo. Burchard Mencke,  
Confil. & Historicus Reg. Histor. P.P.

**S**Ponte volat virtus, animo saque lumina tollit,  
Ipsa sibi merces calcar & ipsa sibi.  
Aet animos successus alit. Juvat ire per altum,  
Si stetit in tuto prima carina loco.  
Sic properas sequerisque Tuum hoc molimine nomen,  
HEINSIUS & tentas nominis esse Tui.

*Soleriam ac virtutem nobilissimi Heinsei meritiss  
bonoribus maxima esse jubet & optima quae  
que omninatur*

L. Ludov. Christian. Crellius,

Phil. Prime ac rationalis P.P. Fac. Phil. h. t.  
Pro cancellarius.

**Q**VAM clarum HEINSIADVM docto sit nomen in  
orbe,  
Doctrina partum, quem fugit atque latet?  
Tuque Tuum nomen doctrinae laudibus, HEINSI,  
Fecisti clarum, moribus atque bonis.  
Promeritis SOPHIES nunc nomen honoribus ornat,  
HEINSIADVMque nouum TE jubet esse decus!

*Partis ex merito honoribus in Philosophia summis mo-  
dellissimi Du. Candidati, auditoris quondam  
sui perindustrii ita adplaudebat*

L. Gottlob Frid. Jenichen,

Moral. & Polit. Prof. Publ. & Coll. min. Princ.  
Collegiatus.

**Q**Ui quondam linquens patriam de Patriæ amore  
Dicere, Docte HEINSI, promptus & aptus eras;  
Cur ea non præstas, alios quæ Tute docebas?  
In dulcem patriam cur remeare negas?  
Scilicet illa Tibi patria est, ubi lacte SOPHORUM  
Pastus es, & notus, non ubi natus eras.

LIPSIA Te pavit per lustrum Mater alumnum,  
Hinc magis arridet Patria splendidior.  
Et quem discipulum tenus hac habuisse, MAGI-  
STRUM

LIPSIA nunc pariter gaudet habere suum.  
Sic si quando voles patrios vidisse penates,  
Non placet ut discens, vis rediisse docens.  
Gaudeo! Doctoris quem munere LIPSIA dignum  
Judicat, indignum num SORA dicet eum?

*Hec Agnato suo boni omnis causa e Lusatia  
transmittere monitus debuit*

P. T.

**A**D laudes sic itur, ea ratione paratur  
Non nisi per duras gloria larga vias.  
Hoc iter autore & duce quondam Zeiskio adire  
Cœpisti, atque illum quam bene nunc sequeris?  
Cum Tua sit similis dudum, & bene cognita virtus,  
Fas reor hanc pariter præmia digna sequi.

M. J. G. Rabener.

**H**EINSIUS es, Nomenque Tuum, quod docta per  
orbem  
Olim fama tulit, carminis omen habet.  
At, quam præcipiti sequeris sapientia gressu,  
Præmia non studii nomina vana petit.  
Sed studet arcanas rerum pernoscere vires,  
Et res nominibus composuisse suis.  
Scilicet hoc laus est, ea quæ non fecimus ipsi  
Despicere, & solidum querere velle decus.  
Gratulor haud titulos, non nomen inane Magistri,  
Omnia nominibus sed bene juncta suis.

*Honores Magistri ex merito collatos gratulatur*

**M. Bened. Gottlob Clauswitz,**

S. Theol. Bacc. & ad æd. S. Petri Catech.

• 5 ( ) 80

78 N 13 [11]-12]

X 231634



V I R O  
NOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO  
JO. SIGISMUNDO  
HEINSIO,

SORAV. LUS.

PHILOS. ET S. TH. STUD.

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES  
AB INCLUTO SAPIENTUM ORDINE

IN ACAD. LIPS.

D. XVI. KAL. MARTII A. 1000 CCXXX.

SOLEMNI RITU COLLATOS

GRATULANTUR

PATRONI, PRÆCEPTORES,  
FAUTORES.

LIPSIÆ,  
TYPIS IMMANVELIS TITIL.

2. T. F.



Koprol 78 N 13 [11]

AK